[illegible] quod species que in mente [illegible] sub genere [illegible] nam proprietas aqua accepta [illegible] et quod petrus aqua accipit [illegible] genere non predicamentali aliqua accipitur in specie, nam non bene dicitur quod species de pluribus differentibus numero, sic species de pluribus differentibus specie, et propter genus male dicitur quod species sit genus, potest tamen applicari speciei que est in mente 2a et exposita hic. Species est intentio 2a fundata in re in qua reperitur ista proportio, que est quod de ipsa genus predicatur in quid. Deinde cum dicit, Amplius quod. Ponit aliquam notificationem speciei et est quod species est etc. Queritur quod sic quod philosophus non diffinit speciem in communi, sed quod se extendit ad speciem specialissimam et subalternam, si intelligatur quod solum de pluribus et differentibus numero predicetur, sed solum est species que salvatur in specie specialissima, et illa diffinitio est intentio. Unde potest sic exponi diffinitio illa: species est 2a intentio fundata in re, in qua re reperitur proportio que est quod solum predicatur de pluribus differentibus numero, etc. in quid. Deinde cum dicit sed hec quidem assignatio. Imprimis ista comparat duas notificationes speciei ad invicem. Et dicit quod ista assignatio speciei, nullo dubio, est solum speciei specialissime et speciei que solum est species. Alie non diffinitiones non solum sunt speciei specialissime sed etiam subalterne, quia non solum species specialissima ponitur sub genere et genus de ipsa predicatur in quid, sed etiam subalterna species, ut animal. Deinde cum dicit planum autem etc. Imprimis ista declarat quedam dicta in notificationibus illis, et comparat illas ad invicem. Dicit quod etiam fuit in notificationibus quod species ponitur sub genere, et ex tactum fuit quod individuum similiter ponitur sub specie, et quod genus predicatur de specie, et species de individuis, et quod quedam erat species specialissima et quedam subalterna. Hoc totum declarat, et dicit sic: primo ostendit quod sit species specialissima et quod subalterna, et generaliter quod sit genus generalissimum et quod subalternum. 2o ostendit quod genus predicatur de specie et species de individuis. 2a ibi. In singulis autem generibus. Prima in duas, quia primo ostendit quod sit genus generalissimum, genus subalternum, et species specialissima in se. 2o in comparatione ad familias, 2a ibi determinant sed etc. Prima in duas, quia primo facit quod dictum est. 2o concludit quoddam corollarium. 2a ibi quia hec quidem. Prima in duas, quia primo ponit quod istud est manifestum per sequentia. 2o hoc manifestat, 2a ibi, est autem generalissimum. Dicit primo quod illud quod dictum est de specie specialissima et subalterna, et que aliqua sint tales species, erit manifestum per sequentia, quia in uno

quolibet predicamento, id est in omnibus predicamentis, sunt quedam generalissima et quedam specialissima, et media generalia et specialia sunt quedam que dicuntur subalterna. Intelligendum quod secundum quod in unoquoque, exponit id est in omnibus, quia sicut dictum est decem sunt predicamenta et solum decem genera generalissima, id est quod in unoquoque predicamento per se est tamen unum genus generalissimum, ut in predicamento substantie substantia, et in predicamento quantitatis quantitas, et sic de aliis. Et ideo cum in uno per se non sit nisi unum genus generalissimum, dixit in unoquoque, id est in omnibus, quia omnibus similiter supertus sunt plura quam .x. Verum est tamen quod in unoquoque predicamento sunt plura specialissima. Sed statim dubitabit aliquis, non enim quod habent esse plura specialia, quia quod per superhabundantiam dicitur uni soli convenit, sic ergo in uno predicamento est tamen unum generale, ita videretur esse unum speciale. Ad quod dicendum quod in uno predicamento sunt plura specialissima, tamen speciale dicitur vel uno modo in se et sic sunt plura specialia. Alio modo in comparatione ad superiora et sic est in tamen unum, et in modo homo in genere substantie per relationem ad superiora dicitur species specialis, ita quod comparatur solum [illegible] sunt plures, ut asinus leo et sic de aliis, secundum comparationem ad alterum, et cum tamen sunt omnia ipsarum specialia. Deinde cum dicit dicatur autem generalissimum. Imprimis in se declarat [illegible] quid sit genus generalissimum, species specialis et subalterna. Et dicit sic. Hoc ostendendo quod est in unoquoque predicamento, 2o ostendit idem per exemplum in uno predicamento. 2a ibi sit autem in unoquoque. Dicit primo quod generalissimum est, id est generalius est 2a intentio fundata in re in qua re reperitur hec proportio que est predicari de pluribus differentibus specie, ita quod supra ipsum non sit aliud superveniens genus, et cum substantia sit talis res, ideo substantia potest esse generalissimum, et quantitas similiter, et sic de aliis. Sed specialissimum est etc. id est species specialissima est 2a intentio fundata in re in qua re reperitur hec proportio que est predicari de pluribus differentibus numero, et post ipsam non est alia inferior species, et cum homo sit talis res in qua inveniatur talis proportio, potest esse species specialissima. Sed inter genus generalissimum et speciem specialissimam sunt quedam alia que quandoque ipsa eadem supra sunt in comparatione ad alia et ad alia, et talia dicuntur genera sive species subalterne, quia supra in comparatione ad superiora sunt species, supra dicuntur comparatione ad inferiora dicuntur genera.

Sit autem in uno predicamento. Postquam auctor in precedentibus diffinitionibus speciei dixit quod genus predicatur de specie et species de individuis, et quod species ponebatur sub genere, et in comparatione illarum diffinitionum ad invicem dixit quod ultima erat diffinitio speciei non in communi sed solum specialissime, alie autem erant speciei in communi, [illegible] volebat manifestare, et ideo ostendit notificationem quod sit genus generalissimum et species specialissima, et quod subalterna. Imprimis manifestat in predicamento uno quod sit genus generalissimum, et quod species specialissima, et quod subalterna, et 3a facit. Nam primo ordinat unum predicamentum scilicet predicamentum substantie. 2o ostendit illorum positorum in illo predicamento quod sit genus generalissimum, quod species specialissima, et quod subalterna. Et tertio probat quod esse genus generalissimum quod dixit, et illam esse speciem specialissimam quam dixit, et alia subalterna. 2a ibi. Sed horum substantia. 3a ibi [illegible]. Dicit primo quod ut illud quod dictum est de genere generali, genere subalterno sive specie, et de specie speciali, sit manifestum in uno predicamento, ut puta in substantia sive in predicamento substantie. In illo enim predicamento substantia est quedam ipsa est genus, et sub substantia est corpus, et sub corpore animatum corpus etc.

Sed est sciendum quod causa quare [illegible] quod sic ordinata sub alio, et postea alias differentias sunt, nec sic ordinata adhuc [illegible] vel animatum. Planum est quod non animatum, quia non includitur substantia in corpore, ideo omnia corpora animatum corpus, ergo sunt facta ab intellectu. Sed quare unum sic ponitur quam alterum, sunt vel unitates vel diversitates. Ad quod ponentes sic ordinem in formis, quod est forma per quam est substantia, et alia per quam est corpus, id est quod in eodem individuo, ut in sorte, sunt plures forme essentialiter differentes, scilicet forma per quam ipsum est substantia, que est per se stans, et forma per quam ipsum est corpus, scilicet esse longum latum et profundum, [illegible] et hoc differunt essentialiter, et forma per quam ipsum est animatum, et sic usque ad formam per quam est individuum, scilicet esse hic et nunc, et omnes iste differunt essentialiter [illegible] quod iste res sic ordinantur, quia non differunt essentialiter ille forme, res accepte ab illis formis possunt ordinari una sub reliqua, sicut ille forme differentes essentialiter una potest ordinari sub reliqua. Sed positio ista est falsa et contra mentem philosophi et commentatoris, ad hoc alibi habet inveniri, tamen quia spectat ad propositum, est dicendum quod illud in proposito est quod ille forme sint diverse. Cum ratio est quia si forma per quam aliquid est corpus esset essentialiter diversa a forma per quam ipsum est substantia, tunc substantia non predicaretur de corpore, quod hec esset falsa corpus est substantia, sed bene possumus dicere corpus est ex substantia, quod est quia [illegible] genus, quia dicimus predicari in recto casu, sicut non male dicitur archa est lignum, sed ex ligno, et hoc male dicitur quia non solum archa includit in se lignum sed etiam talem figuram que est alia essentialiter a forma ligni. Et ideo si aliqua esset forma per quam aliquid est corpus, et forma per quam est substantia, male diceretur corpus est substantia, quod est falsum. Et eodem modo si forma per quam aliquid est animatum corpus esset alia a forma corporis, tunc non esset vera corpus animatum est corpus, et eodem modo in omnibus aliis descendendo. Et sic esset falsa ista homo est animal, vel sortes est homo, propter quod deberemus dicere sortes est ex homine. Patet ergo quod non sunt diverse forme, et [illegible] quod talis ordinatio sit ab intellectu solum. Sed tu diceres: ex quo est tantum una res, qualiter potest in diversis sitibus sic ordinari? Hoc non videtur posse esse, quia una res in eodem tempore, dico, non potest esse in diversis sitibus nisi successive, et sic in diversis temporibus. Ad quod dicendum quod eadem res sic ordinata sub et super in diversis proportionibus reperta in eadem re potest in diversis sitibus collocari. Unde cum quod in forma dicatur ut est in proportione que est esse per se stans, unde cum quod per se stat et non in alio, non dico ita sicut in domo, sed sicut accidens in subiecto, unde cum quod est corpus quia est longus, latus et profundus, unde cum quia vivit et generat [illegible] substantiam sui. Item cum quod sentit, et quod rationale, quia dicit si hoc est, hoc est, et si hoc facis, male facis. Item [illegible] quia est sic singularis, sic longus et sic [illegible]. Tunc sed intelligo res subsistens proportionibus aliter et aliter ordinatur [illegible], sed quod iste proportiones sunt priores et posteriores. Unde cum primo quod est per se stans et in proportione est prior omnibus. Nam hec non solum sibi competit sed etiam

pluribus aliis ut lapidi, ligno et aliis multis et ad hominem et angelis, et ab isto summo non sunt aliqua supra ipsum ordinis in superiori parte. Ulterius modo quod est corpus et ista predicatio magis est specialis quam prima, quia in paucioribus reperitur, quia non reperitur in angelis. Nam angeli non habent corpus, et ab ista predicatione pono illi nomen corpus, et eius sub substantia immediate pono corpus. Tunc ulterius invideo quod invenit aliud et magis speciale quam prima, quia prima reperitur in lignis, lapidibus, ferro et aliis. Ista autem non. Et ab ista predicatione sumitur hoc nomen corpus animatum et ponitur ab intellectu sub corpore. Et isto modo descendendo usque ad res ultimas individuum quod est maxime specialis omnibus aliis et ponitur in ultimo loco, et ideo easdem res per diversas predicationes sic ordinatur in diversis statibus ab intellectu. Et isto modo fiunt predicamenta. Ut hoc est animal, hoc est substantia. Quia species quod sumitur aptitudo ponitur est prima et ideo talis prima, et ideo magis diminutus hoc est animal quam animal est homo, licet sit eadem res. Propter quod hoc ignotum, ignotum modo componendi propositiones, et per genus cum inquantum scientia sunt propositiones inquantum scientia ingnoratur modo componendi ipsam et per genus scientia, et sic hoc ignotum, omnis scientia ingnotatur. Qualiter autem modo ordinet differentias alicubi generalissima [illegible] aliam posterius in suo loco patebit. Demum cum dicit *Horum substantia*. Sententia ista est quod illorum sic ordinatorum dicuntur genera generalissima et species specialissima et subalterna. Et dicit quod demum illorum decem substantia dicitur genus generalissimum et genus quod solum est genus, homo non species specialissima et quod solum est species. Sed corpus est species substantie, quia immediate ponitur sub ipsa, et ideo quod immediate ponitur sub genere, et est genus corporis animati, quia genus est eius subpositi, species corporis non animati et cetera usque ad hominem quod est specialissimum, quia est quod cum individua [illegible] est solum est species et non genus hominis cum est hic. Propter quod solum est species. Tunc quod sciendum quod male fecit auctor quia posuit animal rationale esse genus hominis immediate. Ordinavit sub animali quia animal rationale solum predicatur de homine, sed ipse credidit celum esse animal rationale sicut Plato. Hoc autem est falsum, primo non est animal, quia animal est solum animal per sensum, celum autem non sentit, quia sicut dicitur in celo, et ipsum pugnet non sentire. Propter quod non est animal et per consequens non est animal rationale. Et iste a sententie fuit Avicenna. Verum est tamen quod est animatum celum et mundum, tamen alia est vita sua et istorum inferiorum. Propter quod male fecit quia ipsum posuit immediate sub animali et supra hominem. Similiter autem multa obmisit in ordinatione illa predicamenti, quia substantia dividitur in corpoream et incorpoream. Incorporea sicut angelus. Corporea dividitur quia quedam est corpus simplex ut celum, et quedam compositum, et ista dividitur, quia quedam habet formam simplicem et quedam composita sunt mixtam. Corpus quod habet formam simplicem est elementum quod dividitur in ignem, aerem, terram et aquam.

Corpus quod habet formam mixtam dividitur in animatum et inanimatum, et descendendo procedendo usque ad hominem. Verum est tamen quod forte non sic immediate descenderet ad hominem sicut ipse dicit, tamen ipse fuit locutus breviter gratia exempli. Deinde cum dicit *Quadrupliciter*, probat illud quod dixit esse genus generalissimum, esse genus generalissimum, et quod dixit esse speciem specialissimam esse specialissimam, et quod dixit esse subalternam esse subalternam. Et dicit quod sicut substantia cum sit genus supremum est genus generalissimum, pro eo quod genus generalissimum eo quod supra ipsum non sit aliud superveniens genus, sic etiam homo dicitur species specialissima eo quod post ipsum non sit alia inferior species nec aliquid quod possit dividi nisi solum in individua. Individuum autem est sicut Sortes et Plato. Et ideo homo est solum species et species specialissima, sed illa que sunt in medio inter hominem et substantiam, respectu eorum que sunt supra ipsa dicuntur species, respectu vero eorum que sunt sub ipsa sunt genera. Secundo dicit auctor quod individuum non potest dividi, verum non quod Sortes potest dividi per medium, sed male dicit. Unde quod dicit quod dupliciter est divisio, quia quedam est divisio realis, sicut divisio que fit per mansionem vel aliquid huiusmodi, et in divisione individuum bene potest dividi, et sic non intelligit hic auctor. Alia est divisio que fit per intellectum per appositionem signi universalis, non cuiuscumque quia signum universalis distributivum totaliter integralis, sicut domus tota domus vel tota aliquis, sed dico quod per appositionem signi distributivi alicui universalis, ut omnis vel nullus, et tali divisione individuum non potest dividi quia tale signum universale non potest apponi ei, quia solum apponitur communi, ut omnis homo, et ideo male dicitur omnis Sortes currit. Et de tali divisione intelligitur hic.

Quare hec quedam duas. Postquam Porphyrius in precedenti ostendit quid est genus generalissimum, quid species specialissima, et quid species subalterna notificavit, et cum explanavit quia dixit quod substantia erat genus generalissimum et homo species specialissima, et corpus et alia media erant generalissima genera. Sententia ista concludit quedam correlaria. Et dividitur, quia primo concludit correlarium quo ad intermedia, secundo quo ad extrema, ibi *extrema vero*. Dicit primo: ita dictum est quod illa intermedia dicuntur habere respectum ad superiora quorum sunt species, et ad inferiora quorum sunt genera, quia intermedia habent duas habitudines, scilicet eam que est ad superiora, secundum quam habitudinem dicuntur species ipsorum, et habent habitudinem ad posteriora, secundum quam dicuntur genera ipsorum. Deinde cum dicit *Extrema vero* et cetera. Sententia ista concludit correlarium quo ad extrema. Et dividitur, quia primo concludit correlarium quo ad genus generalissimum, secundo quo ad specialissimum, ibi *Specialissimum autem*. Dicit primo quod extrema habent solum unam habitudinem, sicut generalissimum, quia habet habitudinem ad ea que posteriora sunt, quia cum sit supremum est genus omnium, sed ad superiora non habet, cum ipsum supremum principium, ideo non habet ad ipsum:

sic

Deinde cum dicit *Specialissimum autem*. Concludit correlarium quo ad specialissimum, et dicit quod specialissimum habet unam habitudinem, quia ad superiora quorum est species, sed ad posteriora, id est ad ea que sunt sub ipso, scilicet quod sit species non habet habitudinem ita quod possit dici genus, sed solum dicitur species individuorum, sed aliter dicitur species individuorum quam superiorum, quia dicitur species superiorum sicut contentum ab eis, dicitur autem species

no individuorum sicut continens ea individua. Unde quod sciendum quod intermedia dicuntur esse species respectu superiorum, et genera respectu inferiorum, specialissima autem specialia solum dicuntur species. Sed autem sic debet intelligi quod illa universalia intermedia sunt universalia logica, quia sunt abstracta ab inferioribus, et dico logica ad differentiam substantiarum separatarum que sunt universalia maxime abstracta, quia a materia et a motu sunt abstracta, non tamen dicuntur universalia logica quia non solum, quia non solum sunt abstracta secundum considerationem, sed etiam secundum esse, et ideo sunt magis universalia methaphysica. Et si comparentur ad motum sunt magis universalia naturalia, et ideo dico quod illa universalia intermedia sunt universalia logica quia sunt abstracta secundum considerationem ab inferioribus. Oportet autem quod ab aliquibus abstrahatur, aut abstrahatur ab hiis que differunt secundum formam, et tunc illud tale dicitur esse genus. Et ideo ipsa sic ordinata si comparentur per respectum ad inferiora, quia ab ipsis sunt abstracta et ipsa differunt secundum formam, dicuntur genera respectu ipsorum, quia hec est de ratione generis quod sit abstractum a differentibus secundum formam, sicut corpus isto modo per respectum ad animal et plantam dicitur genus, quia ab ipsis abstrahitur, et illa sunt inferiora. Similiter autem animal per respectum ad hominem et asinum et capram, a quibus abstrahitur, dicitur genus, eodem modo de corpore animato. Eodem modo per respectum ad inferiora dicuntur genera, sed per respectum ad superiora dicuntur species, quia ipsa sunt differentie specifice a quibus abstrahuntur superiora. Non dico quod corpus animatum et animal differunt specie, sed animal et corpus animatum insensibile vel corpus animatum et inanimatum, respectu quorum corpus dicitur genus, quia ab ipsis abstrahitur. Et ideo si comparentur ad superiora ista, quia ipsa sunt differentia specifice a quibus abstrahuntur superiora genera respectu ipsorum dicuntur species, quia immediate ponuntur sub superioribus generibus, quod autem immediate ponitur sub genere est species.

no Postea illud quod abstrahitur abstrahitur ab hiis que differunt solo numero, et isto modo species specialissima dicitur solum species, quia abstrahuntur ab hiis que differunt solo numero. Similiter autem respectu superiorum generum dicitur species, quia a speciebus specialissimis abstrahuntur genera superiora, ut ab homine et ab equo abstrahitur animal, et ideo quia etiam immediate ponitur sub illis generibus respectu ipsorum dicitur solum species, sed secundum quod dicit auctor dicitur species superiorum aliter quam inferiorum individuorum, quia dicitur species superiorum sicut contentum a superioribus, quia illa superiora abstrahuntur a speciebus istis, ideo in pluribus reperiuntur quam species, et ideo quodammodo continent sub se, sicut animal quod est abstractum ab homine et equo in pluribus reperitur quam ipsa, et ipsa quodammodo continet. Unde non bene dictum, homo est totum animal, sed magis est sub animali, propter quod est sic communicatum, et ideo quia species isto modo est sub ipso ideo dicitur contineri ab

ipso sicut a superioribus generibus, sed respectu individuorum dicitur species sicut continens ea, que est abstracta ab individuis, et ideo continet ipsa sub se. Unde male dictum Sortes est totus homo, propter quod aliter species respectu superiorum et aliter individuorum est suorum inferiorum. Sed est sciendum quod illud habet veritatem ex abstractione, sed quo ad rationem intelligendi est totum per oppositum, quia species dicitur continere genus, nam ratio speciei est composita ex ratione intelligendi generis et differentie, et ex rationibus omnium superiorum generum. Propter quod species specialissima ut sic continet omnia genera superiora et ipsa continentur a specie. Similiter autem aptitudo individuum quia individuum ut sic continet speciem et omnia genera superiora, quia ratio sua est composita ex ratione intelligendi speciei et individui, et ideo quantum ad rationem intelligendi totum se habet per oppositum, sed quod considerat viam abstractionis modo. Deinde cum dicit *Declarat ergo*. Sententia ista sicut dicebatur Porphyrius declaravit de genere generalissimo, specie specialissima et subalterna, imponendo nomen intermediis quia superius non imposuerat. Secundo ostendit declarat per similitudinem familiis, secundo ibi *Ut Agamenon*. Dicit primo, et totum est planum. Deinde cum dicit *Ut Agamenon*. Facit quod dictum est, et dividitur, nam primo manifestat propositum, secundo quia quod forte diceret quod omnino esset simile in generibus et speciebus et in familiis, ostendit quod non est verum, secundo ibi *Sed in familiis*. Dicit primo iterando quod est genus generalissimum et species specialissima et subalterna, et sicut ista dicuntur per similitudinem ad familias, sicut ad familias Iovis quem dicit Agamenonem, Atrides, Pelopides, Tantalides et Iupiter. Unde ad sciendum quod per Tantalidem debemus intelligere unam plebem gentium, similiter per Pelopidem et Atridem. Et iste plebes adsimilantur x predicamentis, ita quod Tantalides est principium sue plebis sicut substantia sui predicamenti, et Pelopides et Atrides sunt principia sue plebis, sicut quantitas, qualitas et alia genera. Generalissimum est principium sui predicamenti. Tantalides fuit filius Iovis, Iupiter autem eius pater, et sic fuit pater quod nullo modo filius, non dico simpliciter, sed in illo tempore, et per hoc assimilatur generi generalissimo quod sic est genus quod nullo modo species. Tantalides sic est filius quod est et pater, quia est pater Pelopidis, et hunc assimilatur generi subalterno quod sic est genus quod est species. Similiter Pelopides sic est filius quod est pater, quia est pater Atridis. Atrides autem sic est filius quod est pater, quia est pater Agamenonis. Agamenon non solum est filius, sic quod non pater, et hunc assimilatur species specialissima que sic est species quod non est genus. Et sic patet quod genus generalissimum et species specialissima et subalterna assimilantur familiis. Deinde cum dicit *Sed in familiis*. Sententia ista ostendit quod non per totum est similitudo in generibus et speciebus et familiis. Et dividitur, primo facit hoc, secundo quia fecit mentionem de numero generalissimorum, ostendit numerum generalissimorum, specialissimorum et individuorum, secundo ibi *Decem quidem*. Dicit primo quod non omnino est simile in generibus et speciebus et in familiis, quia familie ille omnes reducuntur ad

no

unum principium. quia ad iovem ita quod illi qui sunt de familia
tantalidis et pelopidis et pelopidis non solum reducun-
tur ad tantalidem et pelopidem, sed omnes familie iste
reducuntur ad iovem sicut ad unum principium quia ipse pri-
mo fuit principium omnium illarum familiarum, sed non est
sic in generibus et speciebus. licet enim quidam sunt de familia uni-
us predicamenti, ut patri sui reducuntur ad ipsum sicut ad primum
filii enim qui sunt de familia quantitatis reducuntur ad quan-
titatem, sed omnia predicamenta non reducuntur ad unum principium
sicut ille familie ad iovem, quia ens ad quod videntur
reduci non est unum genus omnium nec omnia predicamenta sunt unius
et eiusdem generis, ita quod non idem ens sic suppositum ad
omnia, sicut dicit aristoteles 3o metaphysice. sed ipsa dicit x. partem principii. sed quod dic-
tum est in predicamentis, ita quod si aliquis dicat quod omnia sunt e-
tiam, dicitur aliter quia multiplicabitur equivoce non univoce; ergo
ens non potest esse genus ad ipsa. quia si esset genus predica-
mentum de eis, sed cum ipsa sint x. prima genera, [illegible]
esse esset sub uno nomine solum et non sub x. [illegible] illius nominis.
ergo ens non potest esse genus et per consequens ista predicamenta non redu-
cuntur ad unum principium sicut familie. propter quod non est omnino
similitudo in istis generibus et familiis. Contra quod considerandum
quod ens nullarum rerum commune habet ad ista predicamenta licet avicen-
na dixit quod primum quod occurrit intellectui sit ens, quia
ens non potest esse genus sicut probat philosophus 3o metaphysice talibus
rationibus. Si ens esset genus tunc necesse
haberet differentias. hoc autem est impossibile [illegible]. quod autem sequitur quod
haberet differentias apparet. quia genus debet esse abstractum ab hiis
que dividunt formaliter et per totum formaliter, ille autem rationes for-
males quas dicimus continentes genus diverse [illegible]
[illegible] abstractum, et ideo si ens esset genus, esset abstractum
ab hiis que dividunt per totum formales, et ille rationes formales
essent eius differentie. sed non potest habere differentias ens, quia tales
differentie deberent esse totaliter extra rationem generis et eius. non dico
autem de re, quia realiter idem [illegible]
sed dico per rationem solum sicut [illegible] est extra rationem forme [illegible].
si ergo habet differentias tunc illas differentias esse extra rationem generis
[illegible]. hoc autem est impossibile quia quicquid est aliquid ille dif-
ferentie [illegible] nichil. non est dicendum quod nichil. ergo [illegible] sed nichil est quod
effugiat rationem entis, ergo ille differentie non erunt extra [illegible]
[illegible], quod est contra rationem differentie. ergo ens non potest habere differentias,
et per consequens non potest esse genus, et per consequens non habet rationem unam
ad x. predicamenta. Sed diceret forte quod cum ens et unum
convertantur [illegible] non sit unum [illegible] sed sal-
tem [illegible] ens et unum dicunt [illegible]
poterit esse differentia entis. et sic ens habebit differentias. Ad
quod dicendum quod licet verum est quod ens et unum sint idem [illegible] et
quot supposita habet ens et unum, tamen dicunt rationem [illegible], quia ratio
entis dicitur ad positivum, ratio autem unius est imposita [illegible]
quia ab indivisione. indivisio autem est privatio, et autem privatio
requirit [illegible] quod non dicitur aliquid positivum, et ideo ut sic
[illegible] opposita, sicut [illegible] quia sic ens [illegible] ens
[illegible] unum est ens [illegible] multa est non ens. tunc

dico quod in [illegible] quantum cum esse [illegible] non potest esse
[illegible] entis, quia ut [illegible] non dicitur ad positivum [illegible]
[illegible] ad positivum propter quod non tenet. Contra est
tamen quod sunt aliqui qui dicunt quod ens potest esse abstractum
ab istis non tamen habens unam rationem. hoc autem est impossibile quia
nichil dicitur abstractum nisi sit abstractum per rationem unam,
et ideo non est imaginandum sicut ipsi credunt ipsum esse abstrac-
tum ab hiis sicut animal ab homine et equo. sed est sola vox
importans in prima forma omnia x. predicamenta. et non unum. propter quod
est multum distinguendum. sicut est ens et actionis est ens
verum est tamen quod omnia predicamenta [illegible] fundantur in substantia et
ut sic sunt unum in substantia sed talis unitas non facit ad rationem
generis, quia oportet quod sit unitas rationis et non unitas substantie. Est
secundum ulterius quod dicitur esse equivocum, quoddam est equivocum
quod importat sua significata equaliter ut canis, et istud est proprie
equivocum quod sonat nomen equivoci. et equivocatio sua
significata et tale equivocum non est ens. Aliud est equivoc(um)
quod importat sua significata per prius et posterius, ita quod
primo importat unum. alia autem solum ut habent attributionem
ad primum, et isto modo ens dicitur equivocum, quia per prius importat
substantiam, per posterius autem alia, quia non importat illa nisi ut
habent attributionem quandam et appropriationem ad substantiam.
et tale equivocum alio nomine dicitur analogum, et tale
equivocum est ens quia per prius importat substantiam, alia autem
solum ut habent attributionem ad ipsam. unde quando auctor
dixit quod esset equivocum, large modo sumpsit illud nomen equi-
voci, sed quod se extendit ad equivocum primo modo dictum
et secundo modo dictum.

Deinde cum dicit. Postquam posuit in precedenti ostendit
quod sit genus generalissimum, species specialissima et sub-
alterna, sic hic autem ostendit in quo comparantur ad familias, et quia
aliquis forte crederet quod processus esset infinitus in
istis generibus et familiis, ostendit quod non. et hoc facit
[illegible] de numero generalissimorum. nam dixit quod
erant x. prima genera et x. prima principia. Impossibile est ista que
[illegible] numerum generalissimorum et generum et
specialissimorum et individuorum, videlicet autem hoc [illegible] i. d. nam
primo ostendit numerum generalissimorum, specialissimorum et individuorum. secundo ex
dictis concludit correlarium quoddam. secundum ibi quapropter
usque. Dicit primo quod genera generalissima sunt numero x. scilicet substantia
quantitas qualitas etc. sed specialissima sunt in quodam numero
non tamen nobis certo, sed bene sunt finita. sed individua
que sunt post specialissima, sunt numero infinita. Contra quod [illegible]
dicit quod generalissima sunt numero x. [illegible]
[illegible] in istis generibus sunt omnia entia que sunt facta a deo
vel a natura, non tamen deus est in aliquo illorum generum, neque
entia facta ab intellectu sicut intentiones [illegible], sed omnia en-
tia realia existentia extra animam que sunt facta a deo vel a natura
sunt in illis x. generibus. habent ergo certitudinem numeri, sed et spe-
cialissima habent numerum certum, non tamen ille numerus est cog-
nitus a nobis, unde aliquis [illegible] numerum [illegible]
que sunt forte mille vel sic non [illegible] firmiter.

similiter a speciebus [illegible]
[illegible] species in [illegible] patet nobis quod essent finite.
Sed quia quod actu sunt, ut dicit philosophus, impossibile est quod esse infinita
actu, sed individua que sunt post specialissima sunt infinita sed
tamen non actu intelligitur quia si essent omnia individua de mundo
simul et homines et boves et omnia alia [illegible]
[illegible] minutissimas, et [illegible]
minutissimas [illegible] adhuc non essent
infinita quia possent comprehendi ab intellectu nostro, infinitum
autem non potest comprehendi. et quia illa que sunt actu sunt determi-
nata, sicut philosophus 3o physicorum, quia actus terminat.
ergo que sunt actu sunt terminata, sed que sunt terminata sunt finita.
ergo individua si essent infinita, cum sint actu, essent terminata
et per consequens finita. et sic infinita essent finita quod est impossibile.
non ergo sunt infinita actu, sed intelligit successive quia
secundum eius mentem et aliorum philosophorum, semper fuerunt individua et semper
erunt, ita quod aliquis homo producatur [illegible] est ex
aliquo patre, et ille pater ex alio patre et sic in infini-
tum, et numquam fuit dare primum, ita quod secundum mentem eius
successive sunt infinita. sed istud est impossibile et contra
nos, quia est contra fidem, nam est dare primum hominem scilicet adam,
et primum equum et asinum, et sic de aliis. similiter est
etiam dare ultimum hominem et asinum, et sic de aliis, et ideo
successive non sunt infinita individua. similiter et species
specialissime non possunt dici successive infinite.
quia in eis non est successio proprie loquendo de illis que sunt
in entibus fixis et non in mobilibus sicut sunt aliqua coniun-
ctiones planetarum que non sunt semper, sed quandoque sunt et quandoque
non, et sic est de aliquibus speciebus [illegible] et hec est contra fidem quod
isto modo sunt infinite. Verum est tamen quod dicunt fi-
deles quod deus possit facere infinitas species actu.
sed non est modo ad propositum. male ergo potest excusari auctor
quod dixit individua esse infinita quia bene possunt comprehendi ab
intellectu nostro, species autem specialissime dicuntur finite quia me-
lius possunt comprehendi, et genera generalissima [illegible]
si sic intelligit [illegible] non potest excusari, sed ego non credo.

Deinde cum dicit quapropter. Impossibile est quod concludit cor-
relarium, et dicit sic. primo concludit correlarium quoddam quod
sequitur ex dictis, secundo concludit quoddam correlarium quod sequitur
ex isto. secundum ibi descendentibus ergo. Dicit primo, ita dicendum
est quod genera generalissima sunt numero x. et specialissima
numero quodam certo et individua sunt infinita, ideo sisten-
dum est a generalissimis ad specialissima, quia [illegible]
[illegible] descendendo ad
[illegible] in individua, et [illegible] descendere
per medias [illegible] differentias divisivas. quia non male [illegible] descen-
dat ad individua, quia ipsa sunt infinita. Infinita autem reli-
quenda sunt, quia [illegible] non potest esse scientia
sive disciplina, eo quod scientia est habitus intellectus ad
comprehensus ab intellectu. infinita autem non possunt comprehen-
di ab intellectu. Sed staret aliquis diceret, ergo medi-
cina non est scientia, quia ipsa tractat de singularibus, non

enim dicit ipsa quod homo in communi habet talem egritudinem, vel
debeat sic sanari, quia ille homo in communi non egrotat.
propter quod dicitur est primo metaphysice quod homo non per se sanatur sed so-
lum per accidens. sed sortes est ille qui sanatur. Similiter et
leges non erunt scientie quia lex non dicit in communi sic homo
debeat puniri. quia ille homo numquam facit homicidium
nec spoliat homines in strata, sed solum dicit de particulari-
bus. propter quod non esset scientia. Ad hec dicendum quod omnis scientia est
solum universalium, sed cum dicitis quod medicina descendit
ad individua, dico quod bene descendit ad individua et
de hiis docet que spectant ad ipsa, non tamen descendit
ad individua perfectius. quia in uno homine non solum in tota
sua, sed etiam in una die sunt infinite mutationes et infiniti
gradus [illegible] in una egritudine et una medicina et
adhuc sic multa non descendit medicina. non enim potest dicere
particulariter medicus quod iste homo in tali gradu particulariter
habet talem egritudinem et sibi competit talis medicina. et quod dicat
in tali gradu particulariter, sed solum sub ratione communi loquitur. ut iste
habet egritudinem colericam vel melancolicam, et vel sic sub ratione
communi, et ideo [illegible] tali medicina [illegible] hoc autem
non potest facere particulariter, et ideo dicebatur a G. quod egri-
tudo que est obtalmia habet fieri in hoc oculo et non dicebat
in hoc oculo. similiter et leges non descendunt ad minima set
stant sub quibusdam universalibus que dependent ex actibus nostris
quia de talibus que dependent ex actibus nostris sunt leges et
non sunt de hiis que sunt facta a deo vel a natura. Statuimus enim
esset ille impetus quod constituatur quod non plueret in yeme
vel sic, ideo sunt de hiis que dependent ex actibus nostris, in
talibus autem sunt infinita indivisibilia [illegible], non autem de-
scendunt ad individua. Non enim dicunt leges sortes facit
sic, debeat puniri sic. et si spoliat pla. in tali strata
sic punietur, sed magis loquitur sub ratione communi, ut si quis hoc
fecerit sic punietur. sed illa que primo modo applicat ad
individua, est legis peritus, qui postea per suam peritiam
applicat ad singularia. quia applicat postmodum
hanc egritudinem que est in hoc et in illo, et ideo cum decreta-
les sic se extendant ad singularia, numquam complebuntur
quia semper addere, et semper quilibet papa addit unum decretum
vel duos, et sic numquam complebuntur, et sic esset de legibus
si sic se extenderent ad magis individua. Deinde cum
dicit descendentibus ergo. Impossibile est quod concludit quoddam corre-
larium quod sequitur ex nunc dictis. et dicit sic. quia primo facit hoc
2o. [illegible]. 2a collectiva [illegible]. Dicit primo ita dicendum est
quod descendentes dividendo specificas differentias, ergo descendentes
per medias, ideo descendentes a generalissimis ad specialissima, necesse
est dividere facere multitudines, et quia semper quod est unum
dividitur in 2o, ut substantia que est quid unum, dividitur, quia alia corporea
alia incorporea, et tunc accipiendo sub substantia corporea quia alia animatum alia
inanimatum, et sic descendendo usque specialissima semper facit mul-
titudines, quia dividitur quod unum est in plura. sed ascendendo
a specialissimis ad generalissima, necesse est colligere multi-
tudines, et [illegible] primo accipiendo individua omnia [illegible]

individua hominis, et colligit in unum quod in homines, non quod ex omnibus aggregatis fiat unus homo, sicut si quis congregaret unum fascem lignorum, sed hoc fit per abstractionem, scilicet quia videns ipse quod omnia conveniunt in natura una abstrahit illam ut est una, et sic dicitur quod omnes sunt unum in illo homine sic abstracto, per quem colligit illam multitudinem in unum. ¶ Similiter autem videns quod homo sentit et in hoc convenit cum asino et bove et sic de aliis, abstrahit naturam illam unam in qua et per quam omnes sentiunt, ut homo est animal, et omnia colligit in illo animali uno. Et sic semper ascendendo colligit multitudinem in unum, quousque veniat ascendendo usque ad generalissimum. ¶ Deinde cum dicitur collectivum .n. multorum etc. dixit .n. quod ascendentes, quia colligit multitudinem et species non est sic collectiva sicut genus, ideo vult ostendere qualiter genus dicitur collectivum et non species. Ad quod species est collectiva multorum in unam naturam, sed genus magis est collectivum quam species. Sed particularia et singularia semper dividunt unum in multa. Quod autem species sit collectiva multorum in unam naturam patet, quia secundum istum modum dicimus quod plures homines participatione speciei sunt unus homo. Quod autem singularia dividant unam in multa patet, quia propria dicimus quod homo qui est unus et communis est plures, et per singularitatem cuiuslibet est individuum. Quod autem collectivum et adunativum plurium. ¶ Utrum quod scilicet quod genus esse magis collectivum quam species dupliciter potest intelligi: uno modo quod genus sit plurium collectivum, et sic habet veritatem quod dicit, quia species solum colligit sub se individua, genus autem colligit species et individua sua, et etiam unam aliam speciem cum suis individuis. ¶ Alio modo potest intelligi quod genus magis habeat unam naturam quam species in qua colligeret supposita, et isto modo non habet veritatem, quia maior est unitas speciei quam generis, nam species sumitur ab una forma reali, genus autem necessario importat duas formas reales, et solum est unum secundum unam rationem intelligendi logicam, et ideo intelligit primo modo. ¶ Notandum est etiam circa quod dicitur quod plures homines sunt unus homo, quod unum potest dupliciter intelligi: uno modo quod dicat unionem in aliqua natura substantiali, et isto modo sunt plures homines unus homo, quia omnes sunt unum in una natura, et in homine. Alio modo unum potest esse singulum praedicatione convertens illud cum eo ad aliquod suum suppositum, et isto modo non est verum, quia est sensus quod plures homines sunt unum suppositum hominis, quod est falsum, propter hoc ut sic sunt plures homines, et hoc confirmat etiam per dictum est secundo physicorum et quinto metaphysicae, quod ysosceles et yscopleuron sunt una figura, sed non sunt unus triangulus; sunt una figura quia sunt unum in aliquo supposito figurae quod triangulus, sed non sunt unus triangulus quia non sunt aliquod unum suppositum trianguli, propter hoc sub triangulo est divisa. Modo primo modo oportet intelligi quod plures homines sunt unus homo.

¶ Deinde cum dicitur Assignato autem. ¶ Postquam ostendit et fecit mentionem de genere generalissimo, specie specialissima et subalterna et hoc manifestavit, addit hic quod species praedicatur de individuis et genus de specie, ideo generaliter vult ostendere quod aliquod genus praedicatur de specie, et species de individuis, et dividitur in duas partes, quia primo facit hoc, secundo ostendit corollarium. Secunda incipit ibi Continet genus. Prima in duas, quia primo ostendit quod superiora praedicantur de inferioribus, et aequalia de aequalibus. Secundo in speciali ostendit de quo praedicatur genus generalissimum et subalternum et species specialissima, secunda ibi Genus autem generalissimum. Prima in duas, quia primo ponit intentum suum, secundo ostendit quod superiora de inferioribus praedicantur, et aequalia de aequalibus, secunda ibi Aequalia autem aequaliter.

Dicit primo quod assignato de genere et de specie quod sit unum, quod in uno quocumque genus sit unum, species non plures esse, quia dico genus semper est in pluribus speciebus, simpliciter nec est dubium quod genus praedicatur de specie, et universaliter superiora de inferioribus, sed species non praedicatur de genere nec de proximo nec de longinquo, quia non convertitur sicut genus praedicatur de specie, quod species praedicetur de genere. ¶ Utrum quod sciendum de eo quod dicit quod duo genera semper sunt in pluribus speciebus, quia hic contra aliqui nituntur, quod possit salvari in unica specie, et quidam dicunt quod sic, quidam quod non. Et quidam distinguunt quod genus potest considerari dupliciter, et quantum ad rem et quantum ad intentionem. Secundo quantum ad intentionem, sic non potest salvari. Sed quantum ad rem sic, quod dicit ipsi, si solum esset homo esset animal. Sed hoc non potest esse verum. Unde est verum quod dicitur de intentione sed non quod dicitur de re. Quia genus quantum ad rem non importat unam formam realem, quia tunc esset tanta unitas generis sicut speciei, sed importat duas formas [illegible]. Sicut animal importat hominem et quodam alio ut asinum, propter quod non potest salvari in una quantum ad rem, et hoc innuit magis ut ad mentem auctoris, quia dicit quod duo genera sunt in pluribus speciebus, intentio autem non videtur sed recte. ¶ Sed est verum quod potest salvari per utrumque modum, quia genus importat illas duas formas reales divisas, sed tali modo quod cuiuslibet modi potest praedicari de unaquaque parte. Sicut animal sic importat hominem et asinum, et per tales modos quod cuiuslibet modi potest praedicari de unoquoque. Unde possumus dicere homo est animal, asinus est animal. Et ideo quantum ad modum praedicandi sive quantum ad modum importandi potest salvari in una specie sola. ¶ Deinde cum dicitur Omnia autem. In parte ista ostendit propositum, scilicet quod universaliter superiora praedicantur de inferioribus et aequalia de aequalibus, et dividitur in duas, quia primo facit hoc, secundo ostendit de quibus universaliter praedicantur superiora. Secunda ibi De quibus autem. Dicit primo quod omnia aequalia praedicantur de aequalibus, sicut hinnibile praedicatur de equo, hinnibile est adaequatum equo, quia est propria passio eius, sicut risibile hominis, aut superiora omnia praedicantur de inferioribus, ut animal de homine praedicatur, quia est eius superius, sed inferiora non praedicantur de superioribus, non enim ita convenit dicere animal est homo sicut dicimus homo est animal. ¶ Utrum quod sciendum quod aequalia quae de aequalibus praedicantur sunt duplicia, quia quaedam sunt essentialia et quaedam accidentalia. Essentialia sicut definitio et definitum, et genus et eius differentia. Accidentalia sicut propria passio et subiectum, et quaedam accidentia communia quae cum aliquibus convertuntur. Tunc dico quod inter aequalia essentialia est ordo, quia unum prius praedicatur de alio, alterum non magis per accidens de illo, unde definitio magis proprie praedicatur de definito quam econverso, quia definitio est notificativa definiti, praedicari autem est cum notificari de subiecto, nam praedicatum per aliud non fuit nisi causa notificandi subiectum, et ideo cum definitio habeat se per modum notificationis magis proprie praedicatur de definito quam econverso. Definitum autem improprie praedicatur de definitione, quia non notificat definitionem, sed bene potest praedicari ex quadam conversione ad invicem. Similiter dico quod differentia non proprie subiicitur sed solum praedicatur, quia differentia habet modum adiacentis alteri et per consequens modum qualitatis, esse autem praedicatum adiacet; non proprie potest habere rationem subsistentis, et ideo differentia non proprie subiicitur sed solum praedicatur. Iterum etiam quia differentia optinet locum formae, praedicatum autem in propositione magis optinet locum formae quam subiectum. ¶ Similiter etiam propria passio et subiectum, unum praedicatur non proprie subiicitur, quia habet proprie modum qualitatis et alteri adiacentis, et ideo non posset esse subiectum, cum non habeat modum subsistentis. ¶ Superiora non de inferioribus praedicantur, et hoc multis rationibus. Quarum prima potest esse quia superiora sunt causa cognoscendi inferiora, eo quod sunt magis abstracta, et tamen causa cognoscendi sunt ab intellectu, quia quanto aliqua sunt confusiora sunt magis abstracta, tanto ea magis nota, ut patet primo physicorum. Et per consequens cum sint magis cognita sunt causa cognoscendi minus nota, cuiusmodi sunt inferiora, et ideo cum praedicatum fiat causa notificandi subiectum, et in habent rationem notificandi inferiora, quia prius ad apprehendendum superius sicut animal, deinde devenimus in cognitionem inferioris, sicut patet in cognitione hominis. Patet quod superiora debent de inferioribus praedicari. Similiter sciendum quod ad cognitionem sensitivam, et superiora debent praedicari, quia cognitio sensitiva prius ad apprehendendum singulare de in abstractum speciem et postea assurgimus in genera, itaque cognitio sensitiva prius ipsa apprehenditur, et quia cognitione intuitive praedicatum ad apprehendendum subiectum, deinde ad extremum, primus de ipso. ¶ Item alia potest esse ratio, quia in propositionibus dicimus hoc est hoc, significatur esse praedicatum quoddam inesse subiecto. Non autem ita est quod superiora magis dicuntur esse in inferioribus quam econverso. Non enim proprie dicimus quod homo est in animali, sed magis quod homo est sub animali, sed bene dicimus quod animal est in homine, et omnia superiora, quia ratio hominis est composita ex rationibus intelligendi omnium superiorum, itaque in se eas includit, propter quod melius dicitur quod superiora sint in inferioribus quam econverso. Et ideo cum talis modus essendi hic in hoc denotetur in propositionibus, patet quod superiora magis praedicantur de inferioribus quam econverso. ¶ Patet etiam modo superiora praedicantur de inferioribus, etiam dicentur.

De quibus autem species praedicatur. ¶ Postquam Porphyrius ostendit quod genus praedicatur de specie et hoc manifestavit, ostendit quod superiora praedicantur de inferioribus et non econverso. In parte ista vult ostendere de quibus universaliter praedicantur superiora. Et dicit quod de quibus praedicatur species, de hiis necesse est speciei genus praedicari, et genus illius generis usque ad generalissimum, itaque usque non sit exclusivum sed inclusivum. Itaque genus generalissimum praedicetur, et maxime quod singulorum est dicere, sicut Socrates est homo et homo est animal, et animal est substantia. Nec autem est dicere quod Socrates est animal et substantia, quia semper superiora praedicantur de inferioribus, itaque species praedicatur de individuis, genus autem praedicatur de speciebus et individuis, generalissimum autem praedicatur de omnibus generibus sub se positis et speciebus et individuis, et sic patet illa sententia subalterna et quae praedicantur de specie et de individuo. ¶ Utrum quod sciendum quod oportet ad illa quae requiruntur ad hoc ut superiora praedicentur de inferioribus. Haec autem sunt. Primum quod superius cum inferiori dicat eandem essentiam, et per consequens praedicatur ibi quod sic, quia homo est animal, dicunt eandem essentiam, potest praedicari unum de alio, et ideo sed est falsa homo est albedo, nam quod albedo de se non habet modum praedicandi in quo, sed quia non dicit eandem essentiam cum homine. Item est quod illud superius sit magis abstractum quam inferius et habeat modum per se stantis, quia si non esset magis abstractum, non esset superius, sed propter hoc quod est abstractum est superius, et est magis confusum et per consequens magis cognitum, quia quanto aliqua sunt confusiora, tanto magis nota, ut patet primo physicorum, et ideo cum in propositione praedicatum propter subiectum sit notificativum subiecti, ideo isto modo potest praedicari. Et ideo istum modum animal praedicatur de homine, et quia habet modum per se stantis ideo praedicatur in quid. ¶ Item est etiam quod tale superius includatur in inferiori, et tunc potest praedicari, sicut de rationali, quia ista vox animal est imposita ad significandum quod est ens per se stans animatum et sensibile, includitur in hac voce homo, per quam ista vox homo est imposita ad significandum quod est ens per se stans animatum et sensibile, et adhuc plus quam rationale; nam ille qui imposuit istam vocem homo ad significandum, imposuit eam cum tota illa ratione, deinde cum ratio alia includatur in homine, de homine potest praedicari. Similiter etiam in ratione individui includitur ratio speciei, sicut in Socrate includitur hoc quod est esse per se stans sensibile animatum rationale, et adhuc plus quia pro quo est individuum, scilicet esse hic et nunc cum tali loco, quod species praedicatur de individuo, et propter quod genus non praedicatur in quid de differentia, quia ratio generis non includitur in differentia, sicut ratio animalis non includitur in ratione rationalis. Nam ille qui imposuit istam vocem rationale ad significandum non imposuit eam ut in ea includeretur hoc quod est esse per se stans etc., sed solum imposuit ad significandum aliquid sola quae est ratio. Et propter hoc etiam nos maiores non praedicatur per se de differentia. ¶ Item quod illud superius habeat attributionem ad ea a quibus abstrahitur, et non solum se habeat per modum abstracti, et propter hoc albitas non praedicatur de homine, nec humanitas de Socrate, bene tamen albitas habet tales conditiones, quia bene est idem essentialiter cum homine, et habet modum abstracti et per se stantis, sed quia non habet attributionem ad homines a quibus abstrahitur, non potest praedicari; nam ille qui imposuit istam vocem albitas ad significandum imposuit eam ut haberet modum abstracti et non ut haberet attributionem ad ea a quibus abstrahitur. Eodem est etiam de humanitate et Socrate. Et hae sunt conditiones quae requiruntur ad hoc quod superius praedicetur de inferiori.

Deinde cum dicit de eo generalissimum impertitur, hic docet (?) specialis (?) de quo praedicatur genus generalissimum et species specialissima et subalterna et individua. Et quia scilicet quia primo docet de quo praedicatur genus generalissimum, secundo de quo praedicatur genus quod est etiam species subalterna, tertio de quo praedicatur species specialissima, quarto de quo praedicatur individuum. Secunda ibi genus autem quod etiam, tertia ibi solum autem species, quarta ibi individuum autem. Sententia patet per praedicta et [illegible] patet. Sed sciendum (?) quod philosophus quod dicit quod species solum praedicatur de individuis intelligit nobis quod loquitur de specie specialissima quae solum praedicatur de individuis, et non de subalterna, quia species subalterna sicut alia bene praedicatur de pluribus speciebus et non solum de individuis. Deinde cum dicit individuum autem impertitur, in hoc ostendit de quo praedicatur individuum. Et quia scilicet quia primo ostendit de quo praedicatur, secundo exemplificat in exemplo quod sic individuum, tertio ostendit quod sit individuum per quasdam proprietates quae [illegible] dicuntur; secunda ibi individuum non dicitur, tertia ibi individua non dicuntur. Dicit primo quod individuum solum praedicatur de uno solo particulari sicut ipsa, quia solum praedicatur de se ipso. Et aliquando dicitur sic scilicet [illegible] de voce, quia hoc vox scilicet bene praedicatur de pluribus, ut iste est scilicet [illegible] in primo, quae [illegible] sibi nulla sit praedicatio [illegible] sic individua solum. Iuxta quod sciendum quod individuum dicitur in parte individuum [illegible] et divisum ab quolibet alio, et sic individuum est illud quod non est divisibile [illegible] de divisione reali, sed divisum [illegible] quod sit ab illo quod est per [illegible] scilicet ad hanc albedinem praedicatur [illegible] album. Sed solet quaeri aliquis utrum individuum sit universale, et dicit quidam bene magister quod individuum potest dici [illegible] sicut genus et species, quia potest considerari quantum ad rem vel quantum ad intentionem. Quantum ad rem dicunt quod solum praedicatur de uno solo, quia solum de se ipso, et ideo non potest esse universale; sed quantum ad intentionem bene potest esse universale. Sed salva pace eorum, quamquam bene dicant de individuo quantum ad rem, tamen male dicunt de individuo quantum ad intentionem, quia intentiones secundae sunt valde parvae entitatis, ita quod non habent esse nisi a proprietatibus rerum in quibus [illegible] fundamentum. Propterea autem [illegible] accipitur individuum est proprietas singularis, et nullo modo universale, quia [illegible] ab hoc quod est esse hic et in tali loco et nunc et in tali tempore, [illegible] proprietas indivisibilis divisione intellectuali quae sit per singularitatem (?). Similiter [illegible] in qua fundatur talis intentio est proprietas singularis [illegible] quod ponit individuum, propter quod nullo modo intentio quae fundatur in tali re potest esse universalis, quia [illegible] fortitudinem entitatis suae a re, et res autem solum est singularis, propter quod intentio solum erit singularis. Sed tu dices: non ne [illegible] scilicet est individuum quia [illegible] est individuum et sic de aliis [illegible] praedicatur de pluribus. Ad quod individuum solum praedicatur de [illegible] de pluribus sicut et ista vox scilicet. Nec aliquo modo [illegible] una individua [illegible] quod sic patet, quia ego dico individuum proprietatem quod est esse in tali loco et in tali tempore et quod habeat tales figuras vel sic. Impossibile est autem

quod in eo reperiatur in alio, quia Sortes non est individuum per eandem proprietatem sicut Plato, propter quod individuum nullo modo potest esse universale. Deinde cum dicit individuum autem dicitur, in parte ista ostendit quid sit individuum exemplariter, et dicit quod individuum dicitur sicut Sortes et Plato et hic homo veniens et hoc album, et Sophronisci filius, si solus Sortes sit eius filius. Et dicit si solus Sortes sit eius filius, quia si Sophroniscus haberet plures filios non esset individuum Sophronisci filius, sed praedicaretur de pluribus, et ideo si solus Sortes sit eius filius dicitur individuum Sophronisci filius, quia solum praedicatur de uno, scilicet de Sorte. Hoc autem non est ratione dictionis filius, quae de se [illegible] praedicari de pluribus, sed quia dicitur filius eius cui Sophroniscus sit quidam nomine (?), et importat tale individuum determinate Sortem. Deinde cum dicit individua autem huiusmodi, in parte ista ostendit quod sit individuum magis notificative ponendo proprietates individui. Et dicit quod ista scilicet Sortes et hoc album et cetera bene dicuntur individua, quia in unoquoque istorum existunt quaedam proprietates quarum collectio impossibile est reperiri in aliquo individuo, sicut proprietates quas habuit Sortes, sicut figura in tali loco et sic de aliis, impossibile est reperiri in aliquo alio homine. Similiter etiam proprietates quae sunt in Sorte impossibile est reperiri in aliquo alio homine, et propter hoc proprietates individui dicuntur esse individuum. Sed dicit [illegible] proprietates quae sunt in homine in universali, tales proprietates erunt eaedem in pluribus, sicut proprietates quae sunt esse animal et esse rationale, quae sunt homo in communi, sunt eaedem in omnibus hominibus secundum quod sunt homines. Et notandum dixit secundum quod sunt homines, quia secundum quod sunt tales homines non sunt in eis tales proprietates, quia ego non dico [illegible] rationalem [illegible] Nicolaus, sed in quantum homo. Iuxta quod sciendum quod dicit Boethius quod septem sunt proprietates per quas individuum est individuum, scilicet pater, patria, parentela, locus, tempus, propria nominatio, figura et forma. Sed ipse non bene dixit de patre et propria nominatione et parentela, nam contingit aliquos plures esse natos ex eodem patre, similiter autem et ex eadem parentela, et habere eandem nominationem, [illegible] mirabilis sunt (?). Sed quod dicit de loco maxime habet veritatem, nam locus est maxime principium individuationis, nam impossibile est quod aliqua duo sint in eodem loco. Sed tu dices: non est verum, quia nos omnes scolares sumus in eodem loco, quia in scolis. Dico quod intelligit in eodem loco perfecto, et [illegible], nam impossibile est quod aliqua duo vel plura sint in eodem loco perfecto. Impossibile est enim quod in ista cathedra in qua sum me stante quod sit in alio, et contingit [illegible] quod ego, quia si sic, tu ipse penetrares me et ego te, ita quod esses in corpore meo et ego in tuo, quod est impossibile, et ideo locus maxime facit individuationem. Similiter etiam tempus, sed non sic proprie sed aliqualiter, quia propter hoc quod sum nunc differo ab aliis qui fuerunt per mille annos ante. Verum est tamen quod possemus loqui de tempore duplici modo, nam cum tempus sit numerus motus caeli secundum prius et posterius, ut patet quarto Physicorum, quod possemus loqui de tempore secundum quod consequitur motum caeli,

et sic cum motus caeli sit circulatio, tempus ut sic erit circulare et ad modum unius lineae circularis, quia ut sic consequitur circulationem unam caeli quae fit in una die et nocte, et isto modo non est principium individuationis, quia omnia individua ut sic sunt simul in eodem tempore. Alio modo potest considerari tempus, quia motus caeli semper est [illegible] quam prius ipsius semper movetur, et quam posterius eius erit tempus. Pars enim caeli quae est omnino (?) me dirigit (?) super (?) in isto loco erit in me aliquando per tempus; illam autem partem impossibile est quod cadat in aliquo alio individuo, quia tunc oporteret quod unum aliud individuum esset sub eadem parte caeli mecum perfectius, quod est impossibile, quia si sic, tu esses mecum in eodem loco perfectius, quod est impossibile, quia tu es [illegible] et ego [illegible], quod est impossibile. Et isto modo consideratum tempus bene est pars principii individuationis. Similiter est forma et figura sunt principium individuationis. no Iuxta quod consideratur quod forma et figura differunt. Sicut dicit Euclides in primo suae geometriae, figura est quae sub uno vel pluribus terminis continetur, itaque figura est superficies aliqua causata ex tali conductu linearum. Sed quod dicimus aliquam esse triangulatam et aliam esse quadrangulatam, quia [illegible] superficies est causata ex tali protractione linearum. Forma autem est [illegible] quod figura. Sed forma est superficies in comparatione ad subiectum, figura autem non, propter quod dicitur quod aliam figuram habet homo et aliam asinus, quia aliam et aliam protractionem linearum habent. Similiter autem dicitur formam habent quia habent aliam speciem, nam species hominis habet talem [illegible], species autem asini habet aliam. Tunc dico quod figura dicitur esse principium individuationis, quia impossibile est quod duo homines habeant tales formas [illegible] et tales protractiones linearum, quod patet ad sensum. Et etiam patet expertis astrologorum, qui dicunt quod figurae generantur in istis inferioribus per aspectum planetarum. Unde dicunt quod aliqui homines dicuntur solares quia habent talem figuram, et aliqui lunares (?), et aliqui martiales, et sic de aliis. Modo impossibile est quod aliqui homines ut puta solares perfectius habeant eandem figuram, quia tunc oporteret necessario quod sol esset [illegible] similiter sub eadem parte et sub eadem influentia, quod est impossibile, quia tales non essent in diversis locis, [illegible] oporteret ipsos esse in eodem loco, quod est impossibile, et sic hoc quod est impossibile quod aliqui habeant eandem figuram perfectius. Similiter quae hoc apparet aperte [illegible], quia in conceptione gemellorum si deberent oriri in gemellis eandem figuram perfectius, tunc oporteret quod partes illius seminis ex quibus generantur essent in eadem parte matricis perfectius, quod est impossibile, quia in eadem parte matricis non possunt perfectius oriri duo. -sb Iterum oporteret quod haberent eandem influentiam a caelo, sed cum sit in diversis partibus matricis, hoc esse non potest, quia una pars est nobilior [illegible] parte caeli quam alia, et propter hoc non possunt habere eandem influentiam nec eandem figuram. Hoc autem apparet aperte agentis naturalis, quia agens non potest aequaliter imprimere in easdem partes, sed semper magis imprimit in

una parte quam in alia, cum magis imprimit semper est magis perfectus, et propter hoc videmus quod in diversis gemellis semper unus est perfectior altero, quia unus semper movetur per imperfectionem, quia agens non sic imprimere potuit in partem unius sicut in aliam, et ex hoc patet quod aperte agentis in duobus non possunt fieri eandem figuram. Sic ergo patet quod figura est principium individuationis, quia impossibile est quod figura unius reperiatur in alio. Apparet ergo quod illae proprietates sunt principium individuationis, sed quid [illegible] sit principium individuationis, utrum quantitas divisa vel aliud, hoc non est praesentis negotii, nam requirit altiorem materiam, quia hoc in [illegible] metaphysicae. Deinde cum dicit genus est impertitur, hic ponit quandam conclusionem correlarie (?) et dicit quod ita est quod genus praedicatur de specie et species de individuo, ergo individuum continetur sub specie et species sub genere, ita quod genus est sicut totum, individuum non sic est pars, sed species est totum et pars, quia est pars generis, totum non individuorum. Iuxta quod sciendum quod genus dicitur totum ad speciem, a quo abstrahitur a pluribus speciebus, propter quod ad unam dicitur esse totum. Sicut animal est abstractum ab homine et asino et aliis, et ideo est totum ad speciem; species vero est pars eius, non integralis, sicut partes sunt partes integrales totius, quia totum est integratum et compositum ex partibus et aliis partibus, ut tecto et fundamento, et propter hoc dicuntur partes integrales quia integrant totum, et una corrupta corrumpitur totum. Nam animal non est integratum et compositum ex homine et asino et aliis, sed est abstractum ab eis, et propter hoc contingit quod una specie corrupta adhuc remanet genus, quia in aliis; sicut si corrumperentur omnes asini, adhuc remaneret animal, quia in aliis speciebus. Sed dicitur species pars generis quia [illegible], nam ponitur sub eo et [illegible], ut homo est animal. Similiter species est totum ad individuum, sed omnis species locata in istis inferioribus habet vel habere potest plura individua. Dico autem in istis inferioribus, quia in separatis species non habet nisi unum individuum, sicut caelum et omnis quae est species, et solum habent unum individuum. Unde dico de speciebus quae sunt sub caelo. Verumtamen dicunt quod omnis talis species habet plura individua vel habere potest propter quandam [illegible], sicut ignis et aer, nam ignis qui est super aerem est solum unus et continuum, nisi autem potest videri a nobis quia est maxime rarus, et propter hoc non est coloratus; quod autem videtur a nobis solum est sub ratione coloris. Et dico quod talis ignis non habet plura individua actu, cum sit unus continuus, sed habet ipsa in potentia, quia cum est facile divisibilis in partes, ex ipso posset fieri plura individua, et propter hoc [illegible] signum universale, ut omnis ignis. Similiter est aperte [illegible] et sic [illegible], nam secundum philosophum quarto Meteororum huius quae sunt facile divisibilia possunt apponi [illegible] signum universale. Sed huius quae non facile sunt divisibilia non apponimus signum universale. Similiter aqua autem habet plura individua potentia, quia facile est divisibilis. Verum est tamen quod habet quandoque plura individua actu, quia ipsa est divisa per montes et alia loca, sed propter hoc dico quod omnes tales species aut habent plura individua potentia aut quae habent actu, sunt sic totum ad ipsa, quia omnes possent

pter hec s. oppositiones albedinis no stricto modo sumpte est in qualitatibus s. sumpte est in quolibet accidente cum qualitate et in aliis. nam aliquis dicitur ab alio per contrarietatem, quia est longus et ille est parvus non tamen in contrarietate proprie est albedo sicut patet in 6 predicamentorum in predicamento qualitatis et tamen illa talis differentia facit diversitatem in substantia. unde largo modo accipitur non alteratio sed alterum denominativum. Deinde cum dicit secundum quam impertire ponit aliam diversitatem in ea illa membra et dicit quod sunt differentie facientes diversitatem in substantia sicut divisiones generis in species et differentie que constituunt ex genere aliquid alterum. sed illas que faciunt solam diversitatem in accidentibus non sunt sola alterationes et diversitas que est in hominibus se qualitercumque modo in permutatione. et non dividunt genus sed tales differentie in species. Ex quo sequitur quod per differentias facientes alteratum genus non dividitur in species. unde non est divisio generis in species alias a sanitate et egritudine. sed est divisio subiecti in accidentibus vel in diversis partes sed genus non genus bene dividitur per differentias specificas. ut ad differentiam rationale et irrationale:-

Ab superioribus genus differentiis. Postquam posuit porphyrius posuit quandam divisionem in preceden- posuit quandam dividens divisiones. dividit aliter quod ponitur illa divisio et subdividit aliud membrum. secunda ibi Inseparabilium autem. Dicit primo quod comuniter et proprie differentie et de aliis divisione dicitur. et sunt illa differentia, que sunt separabiles et inseparabiles. nam moveri et quiescere, et esse sanum et egrum, et cuius similia hiis sunt dicte separabiles manere. sed esse aquilinum vel simum vel rationale vel irrationale, sunt dicte inseparabiles.

Sed hic aliquis dubitabit, quia dicit quod moveri est accidens separabile, non videtur quia non potest separari a celo, dicendum quod primo potest bene separari, et separabitur in die iudicii sicut quidam insidiis sumenti, quia tunc non plus movebitur. vel dicendum quod ipse intelligit de motu qui reperitur in rebus existentibus in ista celi. Similiter et possumus obicere de quiete quia ipsa est accidens inseparabile a terra. possumus dicere quod ibi s. in terra non est proprie quies, quia quies et motus cum sint opposita, habent fieri circa idem, illa autem proprie sunt nata quiescere, que sunt nata moveri. impossibile est autem quod terra moveatur, salvi secundum se totam, bene autem potest moveri aliqua pars ipsius. vel possumus dicere quod intelligitur de quiete reperta in aliis rebus preter terram. Deinde cum dicit Inseparabilium autem impertire in subdividit aliud membrum et dicit divisionis a. d. f. quia primo subdividit, secundo dicit membra illa contraria secunda ibi Ille quidem. Dicit primo quod differentiarum inseparabilium, quedam sunt per se, quedam per accidens. per se differentie sunt sicut rationale quod per se inest homini et mortale. verum est tamen quod male dicit de mortali, quia mortale non est differentia ut in sequentibus patebit. similiter et perceptibile discipline, inest per se homini, sed esse aquilinum vel simum, ista insunt homini solum per accidens et non per se.

Unde sciendum quod hoc modo esse per se potest intelligi dupliciter. uno modo quod habet causam determinatam in se et isto modo intelligitur hic. aliter quia sicut rationale vel perceptibile discipline insunt

passio

per se homini nam rationale habet causam determinatam in homine quia causatur ab substantiali forma eius, et est effectus sive homo per quod non reperitur rationale extra homines, similiter et rationale per se est homini, et aliter quia ut sunt non dicuntur species est compositum ex forma intellectivi generis et differentie, et per quod in sequentibus patebit per hoc quia per se sunt homini, et cum includantur in essentia hominis magis insunt per se quam per quartum, et ideo per se primi secundo modo. Alio modo dicitur per se aliquid quod inest in eo secundo ut ipsum est hoc. et non intelligitur hic. Deinde cum dicit Ille quidem impertire ponit quandam differentiam inter illa membra. a. d. f. sed quod de primo dicitur quod secunda ibi Et ille quidem per se. Dicit primo quod dicuntur differentie per se. adiunctive per accidens. quia differentie per se ponuntur in diffinitione indicante essentiam diffiniti et faciunt diversitatem in substantia. sed differentie que sunt per accidens nec ponuntur in diffinitione indicante esse diffiniti, nec faciunt diversitatem in substantia. sed solum in accidentibus. Unde sciendum quod differentie sunt dicte per se quedam sunt que essentialiter faciunt idem cum eo cui insunt per se, sicut dicte specie ut rationale per se facit idem cum homine. alie sunt que faciunt idem accidentaliter sicut quarta proprium secundo, ut risibile solum facit idem accidentaliter cum homine. Item dicendum est diffinitio. quedam est diffinitio proprie dicta. quedam est diffinitio largo modo sumpta. diffinitio proprie dicta est data per genus et differentias specificas. diffinitio largo modo dicta sive potest extendere ad diffinitiones proprie dictas et ad diffinitiones que dicuntur descriptiones, que est data per genus et propriam passionem, ut homo est animal rationale et animal risibile est in sic dicta descriptio. quod si intelligit de differentiis per se que faciunt idem essentialiter cum eo cui sunt dicte specifice, tales ponuntur in diffinitione proprie dicta. et de talibus hic intelligitur quod dicit quod si intelligitur de differentiis que faciunt idem solum accidentaliter eis quibus insunt, sicut de propria passione, tunc non est verum quod ponantur in diffinitione dicte quod quod est suum esse diffiniti, sed si largo modo loquamur sive quod dicitur descriptione, et diffinitione proprie dicta, sic habet veritatem utraque dicta. Deinde cum dicit Et ille quidem impertire ista ponit aliam differentiam inter illa membra. a. d. f. quia primo ponit, secundo eam probat, secunda ibi Nam neque genus. Dicit primo quod dicitur quod differentie per se dicuntur adiunctive per accidens, quia dicte per se non suscipiunt magis neque minus. sed dicte per accidens licet sint inseparabiles suscipiunt magis et minus. Sed statim dicitur ad hoc et probat per quod dicte per se sic rationale et hec suscipiant magis et minus. quia videmus quod aliqui homines sciunt melius ratiocinari quam alii. alii non intendere nesciunt dicere unum verbum, sicut illi qui nati sunt fatui, quod est dum carne sunt de bona corporis et deficiente mente. Item videmus quod aliqui nate sepe videt aliquid non in se non videt semel. Dicendum quod rationale possumus considerare dupliciter. uno modo quantum ad actum ratiocinandi, et sic aliqui bene magis ratiocinantur quam alii, et ad hoc confert multum complexio. unde sic homines sunt diverse complexionis, ita diversi modo se habent ad ratiocinandum. sed non intelligitur hic quia ut sic non est differentia specifica. Alio modo potest considerari, secundum quod dicit in tota substantia hominis sed sic rationale intelligi

supra ab isto apparenti quod est ratiocinari, aut sic non suscipit magis et minus, quia illa substantia quam importat non suscipit magis et minus, sed ipsa importat substantiam sicut dicitur, aut est dicte differentie specifice et sic intelligitur hic. Item et illa ratione intelligi ratio non potest suscipere magis et minus, quia sic in genere naturali forma que advenit per materie que est in potentia primo dat ei esse simpliciter propter quod non potest suscipere magis et minus eo quod ipsa est substantia sicut cum illa ratio intelligitur in genere loquendo sit sic forma et genus quod est sic materia propria et est in potentia primo illa rationis intelligi dans ei esse simpliciter non potest recipere magis et minus, et dicitur quod potest intelligi. Similiter est dicendum de parvo [...] nec ut dicitur visibili, quia visibile potest dupliciter considerari vel quantum ad actum et sic suscipit magis et minus, et ad hoc confert multum complexio. quod patet, nam sanguinei plus rident quam melancolici, eo quod sanguinei plus habent de calore naturali et spiritibus quam melancolici, risus autem sive gaudium causatur ex commissione caloris naturalis et spirituum a partibus interioribus ad partes exteriores, et per hoc quod sit risus, oportet quod sit aliqua titillatio et sic non intelligitur. Alio modo potest considerari secundum quod dicitur in tali et sub hoc intelligitur supra ab hoc quod est unum solum aptitudine et sic non suscipit magis et minus et sic non intelligitur.

Deinde cum dicit Nam neque genus impertire improbat in diversitate in illa membra et dicit quod differentie per se non suscipiunt magis et minus sed dicte per accidens suscipiunt. probat quod magis per se totum est quod non suscipit magis et minus, nec differentie per quod dicitur et generis. quia per se complectur substantia universe. esse autem est substantia unicuiusque specie et idem quod consistit in indivisibili. et dicitur sic completa, tales esse non poterunt suscipere magis et minus. sed differentie per accidens non est simul vel est aquilinum vel coloratum bene suscipiunt magis et minus. Sed statim dicitur ad quod non videtur quod coloratum magis et minus suscipiat quia quod quid est mutetur ab uno colore in alium non videtur propter hoc magis coloratus sicut si fiat de ex albo nigro non magis dicetur coloratus quam est albus quam quando erat niger. Ad quod dicendum quod non intellexit coloratum secundum quod denominatur a colore quod est genus, sed secundum quod denominatur ab aliquo colore per se, et quod illi suscipiunt magis et minus, ideo possumus dicere quod coloratum suscipit magis et minus in quantum sic dicit quod unum colorum est magis altero, ita quod est magis coloratum aliud. vel possumus dicere quod in actu magis et minus solum secundum perfectum et imperfectum in quo sic igitur coloris una species est perfectior alia, ut albedo est perfectior nigredine, sic dicitur coloratum albedine cum sit coloratum perfectiori colore, esse magis coloratum quam coloratum nigredine. Vel aliter color est de natura lucis, unde lux est idem cum luce, sed per quod de sensu a sensato. sol. et differunt in hoc, quia lux dicitur eo quod est in corpore diaphano suo in colore transparentia. dicitur autem color sed quod est in corpore terminato et polito clarato per opacum sive per aliquid terrestre, ideo quamvis lux sit in aere non tamen dicitur color quia aer est transparens et non est terminatus, et propter quod non est in aere quia quod non est sub ratione coloris, unde lux solum in corpore terminato, ut in pariete, dico quod lux

quia lux de se non videtur quare sed ideo solum per quod color est, et dico quod quanto corpus est magis et minus diaphanum sic possumus dicere quod sunt magis et minus colorata unde cum aqua sit magis spissa quam aer et magis terminata magis est colorata. Similiter cum cristallum sit magis terminatus quam aqua magis dicitur coloratus. et ideo isto modo sed quod terminatur corporibus sed magis et minus terminatis possumus dicere quod suscipiat magis et minus:-

Omnium igitur earum specierum dicere. Postquam autem in precedenti posuit duas divisiones differentiarum, in parte ista ponit quandam aliam divisionem a. d. f. quia primo resumendo divisiones dictas ponit istam divisionem, secundo manifestat divisionem illam. secunda ibi Et vero que per se dicte. Dicit primo quod cum tres species differentiarum considerentur i. 3 modi quia non sunt proprie species sed modi, eo quod differentia est analoga quia prima distinctio ipsius in modos fuit, quod dicitur alie sunt separabiles et inseparabiles. et inseparabilium alie quidem sunt per se alie non per accidens. rursus differentiarum alie quidem sunt secundum quas dividimus genera in species, alie non sed quas hec dicta i. illa in que dividuntur genera specificantur i. constituuntur in esse suo specie. Huius quod considerandum quod sicut supra dicebatur quedam sunt dicte per se que faciunt idem essentialiter cum eis quibus ad differentie ipsius, ut per eas in primo modo per se, et de talibus hic intelligitur. Alie sunt dicte per se que non faciunt idem essentialiter sicut propria passio et hec predicatur in secundo modo dicendi per se, et de talibus non intelligitur, quia tales nec dividunt per se genera in species nec constituunt species. Deinde cum dicit ut cum per se Impertire in manifestat divisionem, et quia dividit illa non est in differentiis realiter sed solum secundum rationem, quia eedem differentie que sunt divisive sunt et constitutive ut patebit. ideo d. f. quia primo ostendit qualiter quedam dicte sunt constitutive et quedam divisive, secundo ostendit qualiter eedem sunt constitutive et divisive. secunda ibi Sed hec quidem parte in d. quia primo ponit quod differentie sunt constitutive sed qualiter sunt constitutive, secundo qualiter quedam divine sunt divine. secunda ibi et cum non quo est mortale. Dicit primo quod cum ista dicte differentie per se sicut animatum sensibile et insensibile rationale et irrationale mortale et immortale, differentia que est animatum et sensibile est constitutiva substantie alicuius, nam advenientes substantie constituunt aliud est et aliud ab ea animata sensibilis, sic genus animatum et sensibile sunt dicte constitutive. Sed hic dicet aliquis quia non posuit corporeum in diffinitione animalis eum sit differentia eiusdem generis ad quod dicendum quod bene potuit ponere si voluisset sed forte non curavit. vel dicendum quod quia corporeum est equivocum, eo quod reperitur in genere substantie et quantitatis, et ideo nolens ponere equivocum in diffinitione ipsum non posuit. verum est tamen quod simpliciter debuit ponere, eo quod in diffinitione debent poni omnes dicte essentiales diffiniti. quod cum corporeum sit differentia essentialis animalis, ideo debet poni in eius diffinitione. Sed adhuc dicet aliquis quod animatum non debuisset poni in diffinitione animalis, quia animatum includitur in sensibili, et ideo ibi esset nugatio, dicendo animatum sensibile, quia est dicere animatum animatum. Ad quod dicendum quod debet poni eo quod est differentia eius essentialis et ideo debet poni. nec est nugatio quod obicitur, sed quod animatum includitur in sensibili, sed totum quod importat

tur sensibile, in potentia animatum et pla [illegible] quod patet quia, positis aqua accipitur animatum, accipitur ab ista que est mixtum, cum sunt due operationes, scilicet generare, generare mixtum per digestionem in fine mixti. Sensus autem accipitur ab ista operatione que est cognoscere ad cognitionem sensitivam, modo planum est quod habet quod est generare et generare cibum in se alium non includit cognitionem sensitivam, propter quod nec animal includit in se. Verum est tamen quod sensibile non potest reperiri sine animato, et hoc quia supponit semper animatum; se habet sicut in maius [illegible] sensibilis et insensibile sic [illegible], propter quod [illegible] ad invicem [illegible] faciunt idem [illegible], et ideo quod utrumque ponatur in diffinitione alio, et ibi non erit nugatio. ¶ Deinde cum dicit [illegible] que est mortale. Ostendit quales aliquas differentias divisivas. Et dicit quod illa differentia que est rationale et irrationale, mortale et immortale sunt divisive alio, nam hec genus [illegible] per ipsas dividitur in suas species. Nam dividunt alius animal rationale, aliud irrationale, et aliud mortale, et aliud immortale. Propter quod dicit scilicet differentie sunt divisive. ¶ Deinde cum dicit, Set hec quidem. Ostendit quod hec eadem differentie dicuntur divisive et constitutive, et dicit [illegible]. Nam primo ostendit de istis differentiis ultimis, et [illegible] de duobus, scilicet rationale, irrationale, mortale et immortale. Secundo ostendit de duobus generibus superioribus, scilicet de animato et inanimato, sensibili et insensibili. Secunda ibi. Que a supreme. ¶ Dicit primo quod eedem differentie que sunt divisive generum sunt completive et constitutive specierum, quod patet, quia animal dividunt per has differentias, scilicet rationale et irrationale, mortale et immortale. Sed iste differentie mortale et rationale advenientes animali constituunt speciem alio que est homo. Nam homo est animal rationale mortale. Sed differentie que sunt rationale et immortale advenientes animali constituunt unam speciem eius scilicet deum, nam est animal rationale et immortale. Et differentie que sunt irrationale et mortale advenientes animali constituunt unam speciem scilicet animal brutum quod est animal irrationale mortale sicut est asinus.

¶ Intelligendum quod hic non accipitur deus secundum quod proprie loquimur de deo, sed hic accipitur deus, hoc est celum. Nam fuit opinio Platonis et Avicenne et ultra quod secundum quod verba sua sonant quod celum esset animal quod sic probat. Celum habet animam intellectivam secundum quod esse concedunt et movetur continue ad ubi determinatum. Hoc autem non posset fieri per animam intellectivam, quia anima intellectiva non apprehendit singularia, ergo ad illud ubi determinatum movetur per aliquam [illegible] sensitivam in eo, quia solum per aliquam virtutem sensitivam apprehenduntur singularia, hec autem virtus est secundum ymaginationem que est in eo. Secundum ipsos per quam apprehendit illud ubi determinatum. Sed cum virtus ymaginativa sit quid sensitivum, ergo celum habet virtutem sensitivam, et cum animal sit animatum per sensum, ideo celum est animal. Sed quia habet animam intellectivam, ideo est rationale. Et cum sit rationale, ideo est [illegible] mortale, ergo celum est animal rationale mortale. Sed hoc est falsum, scilicet quod celum sit animal et habet virtutem sensitivam. Quod sic patet, quia virtus sensitiva est

causata ex mixtione elementorum, et ideo [illegible] ipsum non bene sentirent nisi qualitates illorum elementorum que sunt [illegible] sic [illegible] sint reducte ad medium, propter quod si [illegible] esset nimis calidus, non bene sentiret quod patet in febricitantibus, et similiter si esset nimis frigidus non bene sentiret, similiter si esset nimis siccus vel humidus. Sed ergo celum haberet virtutem sensitivam, oporteret esse compositum ex elementis et per consequens esset alterabile et corruptibile, quod est falsum. Non enim celum senescit, secundum quod patet ad sensum, nec est alteratum, sic enim est hodie factum sicut fuit ante per mille annos. Et ideo celum non est animal. ¶ Item et si celum haberet virtutem ymaginativam quam ipsi dicunt, illa esset vel virtus fantastica vel quedam virtus que dicitur reservativa specierum sensibilium existentium in sensu communi, secundum quod probabat. Sed non potest esse virtus fantastica quia fantasia est motus factus a sensu secundum actum. Motus autem factus a sensu secundum actum non potest esse in celo, cum ibi non sit sensus particularis, ut postea patebit. Nec etiam est illa virtus que dicitur reservativa specierum sensibilium existentium in sensu communi, quia [illegible] in celo esset sensus communis, et cum sensus communis presupponat sensum particularem [illegible] est sensus communis [illegible] quod sint sensus particulares, et sic modo esset sensus particularis quod est falsum, quia cum quibus sentimus sic aliquis est ad modum [illegible] et ad modum aque, [illegible] ad modum, et sic de aliis, celum esset a [illegible] elementorum quod est falsum. Multo enim celum est nobilius [illegible], propter quod celum non habet virtutem illam ymaginativam, et per consequens celum non est animal. Verum est tamen quod celum habet animam intellectivam, sed non [illegible] sicut ipsi dicunt, [illegible] scilicet Avicenna et Plato, quod celum haberet duas animas, scilicet intelligentiam unam, et unam animam que ipsum moveret et que erat [illegible]. Et hoc Plato [illegible] videbatur esse valde inconveniens quod intelligentia esset motor alicuius orbis cum sit multo nobilior orbe, et [illegible] in illa [illegible]. Quia anima nobilis [illegible] habet operationes [illegible] phisicorum qui loquitur de anima mundi, sed hoc est falsum secundum philosophum et commentatorem [illegible] XII [illegible] et Metaphysice. Dicit enim [illegible] quod intelligentia non moveret orbem [illegible], propter quod [illegible] orbis habet intelligentiam suam [illegible] et [illegible] intelligentia habet suum orbem [illegible] quem movendo agit in istis inferioribus [illegible] per organa ad [illegible] nisi intelligentia [illegible] posset movere alium orbem cum non esset eius organum, sicut textor in arte textoria habet organa ad [illegible] nec [illegible] bene posset texere cum [illegible] nec [illegible] cum pectine, sed unumquodque agit secundum organa propria illius artis, sic cum intelligentia [illegible] agit per motum sui orbis tamquam per organum proprium in istis inferioribus nec posset alium movere, propter quod dicebat commentator [illegible] quod si uni orbi adponerentur plures quam sit ibi una stella, intelligentia propria [illegible] orbis non posset eum movere, hoc autem non est nisi quia

non esset illa stella de [illegible] organum, propter quod intelligentia ageret. Et ideo patet quod celum non est animal rationale secundum quod ipsi dicebant [illegible] non bene [illegible] excusari [illegible] cum dixit celum animal rationale mortale. ¶ [illegible] possumus ipsum [illegible] aliquo modo supplet non alio. Sed quod [illegible] dicit celum est animal [illegible] nobis [illegible]. ¶ Deinde cum dicit sic a supreme. Ostendit de [illegible] superiori, scilicet animatum, sensibile, inanimatum, insensibile [illegible] ordine [illegible] constitutive [illegible] in [illegible] que est [illegible] genus, quod patet, quia substantia dividitur in corpus animatum et inanimatum [illegible] sensibile et insensibile [illegible] constituit [illegible] speciem [illegible] que est animal. Nam animal est substantia animata sensibilis [illegible] sunt constitutive et divisive ut visum est, ideo [illegible].

